UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolvtiones Lectissimorvm Casvvm

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Fama.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Visual Library

18 Phrenetici in articulo mortis ſi adminiſtrationi extremę vnctionis reſiſtant, ligandi ſunt, vel fortiter tenendi: imò id neceſſarium erit quoties alia ſacramenta ſuſcipere non poſſunt. Granad.& alij 8.*p*.5.*tr*.3.*reſ*.84.

F.

FALSARIVS.

1 NOn eſt falſarius qui mutat ſcripturam in aliquâ re quæ nititur veritate, vt ſi teſtis aliquis ſubſcripſerat, & poſteà amiſſo inſtrumento alioque confecto, ſubſcribat alius nomine illius teſtis. & ſic de aliis. Gypt. & alij 6.*p*.5.*tr*.14.*reſ*.40.

2 Amiſſo teſtamento, vel alio inſtrumento publico, non licet confingere aliud ſimile: quia eiuſmodi falſificationes licet nemini priuato faciant iniuriam, ſunt tamen reipub. pernicioſæ. Couarr.& alij 2.*p*.3.*tr*.6.*reſ*.56.

Fama.

1 OBiicienti verum crimen, ſed ita occultum vt alter peccet mortaliter illud euulgando, licet dicere: *mentiris;*

tiris; hoc enim ſignificat me no ita admiſiſſe, vt ab aliis ſciatur. Imò li- ſtantes non credant illũ eſſe men- potes etiam alia crimina obiicere, e quibus inducantur in opinionem i- eſſe mendacẽ. Hurtad. *p.5. tr. 13. reſ.2*

2 Qui affectus iniuriâ, magnam fam iacturam faceret; ſi fugientem non per- ſequeretur, poteſt perſequi inuaſorem, & percutere, imò & occidere, ſi opus ſit ad ſui honoris reparationem, modò abſit odium, appetitus vindictæ, & ex- ceſſus. Henriquez & alij 6. *p.2. tract.15. reſ.15. & p.5. tr.4. reſ.11.*

3 Qui alium occidit cum moderamine inculpatæ tutelæ, cùm poſſet fugiendo vitam ſeruare, non peccat, nec incidit in irregularitatem, ſi non poteſt fugere ſi- ne graui infamiâ. Suarez & alij 3. *p.2. tr.15. reſ.16.* Non tamen licet præuenire & occidere inimicum paratum ad in- uadendum, donec actu inuadat; quia nemini priuato licet alium occidere, niſi ad neceſſariam defenſionem. Syl- uius contra Bannez *p.3. tr.5. reſ.90.*

4 Licet clàm occidere eum qui in iudi- cio conatur aliquem calumniis oppri- mere in causâ magni momenti, quia hoc non tam eſt occidere, quàm ſe de- fendere;

fendere; iure tamen poſitiuo prohiberi id poteſt, & re ipſâ prohibitum eſt, nam talis occiſor deprehenſus, morte mulctatur, vt obuiam eatur infinitis cædibus, quæ ſub prætextu tuendę famæ, aut vitæ perpetrarentur. Coninc & alij 4. *ibid. reſ.* 97. *&* *p.* 5. *tr.* 4. *reſ.* 7.

5 Moriturus qui non vult reſtituere famam, ſed tantùm poſt mortem ſuam eam vult reſtitui à confeſſario, non poteſt abſolui. *p.* 5. *tr.* 3. *reſ.* 104.

Famulus.

1 SI famulus ad annum conductus diſcedat ante tempus, debetur ei merces temporis quo ſeruiuit, niſi domini multum intereſſet eum diutiùs morari. Rebell. & alij 3. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 15.

2 Dominus non tenetur ſoluere ſalarium famulo infirmo quamdiu erit infirmus, niſi ſit in extremâ, vel graui neceſſitate, tunc enim teneretur ex caritate. Imò poteſt ab eo exigere ſumptus in eo curando factos. Molina & alij 8. *p.* 1. *tr.* 8 *reſ.* 86.

Feſtum.

1 ITer agere non eſt opus ſeruile, ſiue pedibus, ſiue equo fiat. Suar. & alij 3.

Imò